

IV. Wilhelm von Jülich beurkundet die Verpfändung von Boppard und Wesel an ihn durch König Rudolf. 1278 Jan. 6.¹

Or. Reichsarchiv, Tirol fürstl. Archiv aus Innsbruck Fasc. 1.

Nos Wilhelmus comes Iuliacensis universis Christi fidelibus volumus notum esse, quod serenissimus dominus noster dominus Rud(olfus) Dei gracia Romanorum | rex semper augustus nobis obligat et per patentes suas litteras obligavit Bobardiam et thelonium suum ibidem ac Wesaliam cum iuribus suis et attinenciis universis pro quatuor milibus marcarum Coloniensium et tribus milibus marcarum sterlingorum, quas felicis coronacionis domini nostri predicti tempore Aquisgrani pro consumacione coronacionis eiusdem et pro expediendis reipublice negociis Colonie ipsi nostro domino credidimus et in fidem nostram pro eodem recepimus, pro solucione eiusdem nos fideiussorie nichilominus obligando. Item pro eo quod per rationabilem et legitimam computacionem nos pro memorato domino nostro exposuisse probaverimus et pro dampno, quod coram nuncio, quem ad hoc dominus noster rex duxerit deputandum, docuerimus legitime supradicto principali debito accrevisse, secundum quod nobilis vir . . comes Seynensis^y et is quem sepedictus dominus noster ad hoc deputaverit taxaverint, memoratas ypothecas nobis constituit obligatas, hiis tamen modis et condicionibus, quod pro singulis decem marcis debiti principalis et dampni per dictos Seynensem^a comitem et procuratorem antedicti domini nostri moderandi unius marce redditum in predictis locis nobis assignet. Et si apud Bopardiam in thelonio et aliis domini nostri iuribus sufficientes redditus pro modulo principalis debiti et accessorii quantitate ipse dominus noster dederit, Wesalia supradicta erit a nexu pignoris libera et soluta. Si vero minus predicta loca habuerint in redditibus, in vicinioribus^b locis dominus noster nobis tenebitur hoc supplere. Ex supradicta tamen obligacione nulli omnino in iure, quod sibi ex domini nostri predicti vel predecessorum suorum concessione divali, gracia vel privilegio competit, vult dominus

a) 'Seynen' Or. b) 'n' über 'o' corr.

1) Ineditum. Reg. imp. VI, 914. Vgl. MJÖG. XVI, 679 f. Ueber die Schicksale der beiden Reichsstädte siehe A. Werminghoff, Die Verpfändungen der mittel- und niederrhein. Reichsstädte S. 93, Excurs I.